

Spadix cernuus, 60 cm fere longus, pars ramosa 13 cm tantum longa, inflorescentiis partialibus 2 superpositis. Pedunculus longus, spathis 3, infima 10,5 cm longa, secunda 13 cm illam superans, tertia 22 cm quam secunda altior, omnes extus fusco-furfuraceae, anguste tubulosae, superne paulo dilatatae, apice breviter triangulares, tertia apice inflorescentiam partialem infimam aequans, haec fusco-furfuracea, ramos 6 exserens. Rami basi spathellis vel bracteis nullis conspicuis praediti, longiores 7 cm fere longi, paulo curvati. Inflorescentia partialis superior e spatha brevi, apice longius libera, ramos 5 gerens. Fructus spiraliter laxe vel fere perlaxe dispositi. Pedicelli fructiferi longissimi inferiores 3 mm, sed etiam breviores superiores 2 mm longi. Fructus parvi, fere globosi, i. s. 7 mm in diam. metientes, rugosi. Pericarpium tenue, $\frac{1}{2}$ mm vix in diam. Semen parvum, ovale, 4 mm longum. Perianthium fructiferum calyce angusto, conico, cum lobis brevissime ovatis 2 mm alto, petalis triangularibus. Stamina annulus breviter sed conspicue 3-lobatus, lobis latissime, breviter rotundatis, levissime emarginatis, ubi staminibus 3 abrupte insertis, staminibus 3 reliquis in sinus inter lobos interjectis orientibus.

Brit. Neuguinea: Kubuna, Central Division, Sandbank in einem Fluß im Regenwald, 100 m Höhe. Nicht gemein, kleine Fächerpalme, Stamm nicht mehr als 1 m lang, 5—6 Blätter, Kolben 2—3, axillär, herabhängend. Frucht orangerot (November 1933 — L. J. Brass n. 5637).

Nach dem Schlüssel von Beccari kommt nur *L. polydactyla* Becc. in Frage, die leider zur Zeit nicht vorliegt. Diese ist nach Beschreibung und Abbildung verschieden schon durch die längeren Pedicelli und die breiteren Blattsegmente sowie durch das tiefer gespaltene Zentralsegment.

Licuala Naumannii Burret nov. spec. — „Palma parva, 5—10 m alta.“ Caudex ex frondis vagina circ. 2,5 cm vel modice ultra in diam., vagina tenuis, extus fusco-furfuraceo-punctata, marginem versus fibris tenuibus, gracilibus, sat dense intertextis fibroso-lacerata. Petiolus in parte inferiore 20 cm circ. longa margine aculeis numerosis, surgentibus, inferioribus leviter retrorsis, validiusculis, superioribus parvis, superne marginibus acutis, sed inermibus, dorso rotundato-triangularis, fusco-furfuraceus, furfure ipso demum plus minus delapso fusco-punctatus, inferne 8 mm latus. Lamina radiato-multipartita, ambitu semiorbicularis, semiflabellum visum segmentis exterioribus 10 angustis atque medio lato, segmenta conspicue cuneiformiter dilatata, plerumque 2—4-costata, extimum 37 cm longum,

3-costatum ad apicem 2,5 cm latum, reliqua segmenta angusta saepe superne latiora, ad 7 cm lata, intima 46 cm longa, medium latissimum 48 cm longum, ad apicem 22 cm latum, haud fissum, segmenta interiora dentibus brevissimis, latissime rotundatis, omnia subtus minutissime fusco-lepidota. Spadix, ut videtur, inter longiores, multiramosos, inflorescentiis partialibus numerosis superpositis, usque 6 visis. Spathae fusco-furfuraceae, sat dilatatae, latae, apice triangulares. Inflorescentiae partiales inferiores multiramosae, ramis 10—12, sed etiam suprema ramosa, ramis 3. Rami inferiores basi spathellis vel bracteis longis, lanceolatis, fructiferi longiores 12 cm longi, floriferi badio-furfuracei. Flores spiraliter dispositi, solitarii in pedicellis perbrevibus, tuberculiformibus. Alabastra nondum plane evoluta ambitu elliptico-oblonga. Calyx glaber, dense longitudinaliter striato-nervosus, basi angustatus, ceterum tenuis, apice 3-lobatus. Corolla nondum exserta petalis ovato-oblongis, sat robustis, apice crassis. Tubus staminalis sat productus, ut videtur, inter minus tenues, 3-lobatus, lobis latis, leviter emarginatis, in apice emarginato stamina 3 gerentibus, inter lobos 3 sinus 3 interjecti, haud profundi, sed conspicui, stamina 3 gerentes. Filamenta tenuia, in medio dorso affixa. Antherae breviter oblongae. Ovarium breviter lateque turbinatum, supra leviter sculptum. Stylus tenuis. Fructus nondum maturus subglobosus. Calyx fructifer glaber, laevis, leviter obconicus, quam 2 mm vix altior. Petala fere explanata, triangularia, extus venoso-striata. Pedicellus fructifer tuberculiformis, 1 mm altitudine haud aequans.

Salomo-Inseln: Bougainville, Küstenjungle mit Mangrove, Palmen, Pandanus etc. Kleine Fächerpalme, 5—10 m hoch. Junge Früchte gelblich (27. August 1875 — Dr. F. Naumann).

Diese Art möchte ich an *L. pachycalyx* und *L. leptocalyx* anschließen, von denen sie sich schon durch die viel zahlreicheren Fiedern unterscheidet; ein vorliegender halber Wedel mit dem vollständig vorhandenen, sehr breiten, ungeteilten Mittelsegment besitzt 11 Fiedern, so daß also im ganzen 21 Fiedern anzunehmen sind.

Nach der Gruppierung von Beccari in *Webbia* V, I (1921) 27 und in *Ann. R. Bot. Gard. Calcutta* XIII (1933) 119 gehört die Art in die Gruppe A II $\triangle\triangle$ und schließt sich am besten an *L. naumoniensis* Becc. an, ist jedoch von ihr stärker als von den beiden vorher genannten Arten verschieden. Bei *L. naumoniensis* sind die Fiedern linear, das Mittelsegment des Wedels ist schmal und tief gespalten, bei *L. Naumannii* sind die Fiedern deutlich keilförmig verbreitert, das Mittelsegment ist sehr breit, nicht gespalten, die Zähne der Fiedern sind sehr kurz und breit abgerundet, bei *L. naumoniensis*

viel mehr vorgezogen. Bei letzterer trägt der Kolben weniger Teilinfloreszenzen, diese weniger Äste, die Äste weniger Blüten, die Spathae sind schmal und wenig verbreitert.

Im Gegensatz zu *L. leprosa* Dammer ex Becc. und *L. platydactyla* Becc., die auf der Blattunterseite ebenfalls mit winzigen braunen Schüppchen versehen sind, besitzen Blüten und Früchte von *L. Naumannii* nur sehr kurze, höckerförmige Pedicelli.

Von den neuerdings veröffentlichten Arten kommt nach der Beschreibung keine in Frage.

Licuala linearis Burret nov. spec. — „Palma parva, caudice 80 cm longo, gracili, frondibus numerosis, patentibus, cernuis coronato.“ Caudex ex frondis vagina 1,5 cm circ. in diam., vagina inferne et dorso firma, superne ad marginem fibroso-lacerata, ut petiolus dorso fusco-leproso-maculata. Petiolus 60 cm longus, gracilis, tenuis, inferne margine aculeis minutis, 1 mm vix aequantibus praeditus, supra excavatus, superne in facie superiore planus, basi 5 mm latus, ad apicem 3 mm latitudine vix superans. Lamina ambitu, ut videtur, fere semiorbicularis, segmentis 11, quorum centrali ab ima frondis basi 38 cm longo, sat profunde fisso, basi anguste cuneiformi 13 cm longa, segmenta extima quam centralia paulo breviora, omnia anguste linearia, latius unicum visum 2,3 cm in diam., plurima 12 mm circ. lata, sed etiam perangustum visum, 7 mm in diam. metiens, latiora nervis primariis 3, plurima duobus, perangustum unico percursum, centralia apice dentibus sat brevibus, rotundato-bilobis, omnia subtus minutissime fusco-lepidulosa. Spadix visus 60 cm longus, spathis 5. Pedunculus visus 40 cm fere longus, spathis 2. Spathae fusco-furfuraceo-maculatae, inferiores modice, sed conspicue sensim superne dilatatae, superiores magis abrupte, fere inflatae. Inflorescentiae partiales 3, ad apicem spatharum orientes, omnes ramis pluribus, ultima etiam ramos 4 emittens. Rami porrecti, paulo divergentes, inter minus tenues, longissimus visus 8 cm longus, sed forsitan etiam longiores. Fructus spiraliter, laxe dispositi. Pedicelli inter longiores, infimi tantum furcati, fructus 2 gerentes, 3 mm longi, reliqui simplices, 3—2 cm longi. Fructus i. s. rugosi, globosi, 8—9 mm in diam. Pericarpium sat tenue, ut videtur, carnosum. Semen globosum, 6 mm in diam. Perianthium fructiferum parvum; calyx conicus, 2 mm altus, dentibus rotundatis, perbrevibus, obscuris; corolla lobis triangularibus. Annulus staminalis sat productus, breviter 3-lobatus, lobis latissime rotundatis, breviter emarginatis, ubi stamina 3 gerentibus, staminibus reliquis 3, ut videtur, in sinibus inter lobos interjectis insertis.